

Prima ala Pegasi.

H Vius Stellæ, quam Arabes Marcab Pegasi appellarunt, Ascensionem Rectam inueni, P. 340. M. 50 cum declinatione boreali, P. 12. M. 57. Estque Cœli mediatio in Ecliptica, in Part. C. M. 15 \times , declinatio eiusdem puncti, P. 8. M. 6 $\frac{1}{2}$ Australis. Itaque in antecedenti figuratione inuenitur Angulus Meridiani & Eclipticæ, qui est ad M, P. 67. M. 55 $\frac{1}{2}$. In Triangulo denique LMN, erit Latus IM, quod componitur ex vtraque declinatione, Stellæ & puncti Eclipticæ, cum quo Cœlum mediat, P. 21. M. 3 $\frac{1}{2}$. Ergo per Triangulorum Sphæricorum placita, dabitur Latus IN, P. 19. M. 27. Latitudo Stellæ quæsitæ & præterea, ex iisdem inuenitur Latus MN, P. 8. M. 14, quod additum ad punctum Cœli mediationis, dat huius Stellæ longitudinem in P. 17. M. 29 \times , Latitudine prius existente, P. 19. M. 27 boreali, quæ quærebantur.

Lucidior duarum in collo Pegasi.

P Ari ratione, in Stellula lucidiore colli Pegasi, ex Ascensione eius Recta, P. 335. M. 16, & declinatione P. 8. M. 43 Septentrionali, correspondentibus Cœli mediatio, in P. 3. M. 20 \times , eiusque puncti declinatione, P. 10. M. 18 Meridionali, Inueni Angulum ad M, P. 68. M. 47. Latus verò IM datur P. 19. M. 1, quapropter Latus IN, erit ex Triangulorum supputationibus P. 17. M. 41, estque latitudo Stellæ, Latus insuper MN, dabitur P. 7. M. 6. Ideoque longitudo huius Stellæ erit in P. 10. M. 26 \times .

Scheat Pegasi.

HÆC Stella, quæ est vna de quatuor in Quadrato Pegasi, iuxta pedus sita, obseruata est transire Meridianum cum parte Aquatoris 340. M. 52, & vnâ declinare versus Boream, P. 25. M. 50. Cœlum itaque mediat, cum P. 9. M. 17 \times , declinatione eiusdem puncti existente P. 8. M. 6.

Repetita